FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS
Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 224r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



nocentie sue argumenta qui nichil cesari no
cere uoluit. pylato respondens demonstra
re potuit. nisi quod ille auditum non habe
bat et ipse per sapientem quendam fuerat pro lo
cutus ne effundas sermonem ubi non audit.
Nobis hec scienda reseruauit et nostrum est in
clamare aduersariis eius etiam defunctis. qua
non diripit mortalia qui regna dat celes
tia. et quia uolentes eos falli sua malicia
fefellit et mentita est iniquitas sibi dicendo in
uenimus eum prohibentem tributa dari cesari.
Non enim talem regem se fecit neque ita contra
dixit cesari. immo reddite inquit que sunt
cesaris cesari. que sunt dei deo.

Quid multa. Mori illum oportebat
et draco sepe dictus in hoc stabat in
hoc inhyabat ut ille moreretur quod
putabat esse deuoratio eius. Pu
tabat inquam quod per mortem posset eum deuora
re id consilium uel propositum dei annichilare
ut scilicet non fieret quod predictum fuerat et
ipse erit expectatio gentium. et in ipso be
nedicentur omnes gentes. quia iam dudum tunc
dicte illo uideis queritis me et non inue
nietis. et ubi ego sum uos non potestis ueni
re. loquebatur per os illorum ad semet ipsos dicen
tium. Quo hic iturus est quia non inueni
emus eum. Numquid in dispersionem gentium iturus
est et docturus gentes. Verum psalmista ceci
nit draco iste quem formasti ad illudendum
ei. et ipse dominus ad beatum iob de illo dicit. Nun
quid in dispersionem gentium iturus est et
docturus gentes. Verum psalmista ceci
nit draco iste quem formasti ad illuden
dum ei. et ipse dominus ad beatum iob de illo dicit.
Numquid illudes ei quasi ain. Item. Ec
ce spes eius frustabitur eum. Vere illusus et
frustrata est eum spes eius. quia nequaquam
moriendo xpc deuorandus erat aut deuo
ratus est immo per mortem eius effectum est. nec nisi

per mortem illam fieri oportebat. ut iret in dispersio
nem gentium et diceret gentes. Considerem
sacramenta per que in ipso secundum promissiones bene
dicende erant et benedicentur omnes gentes. et
in draconem illum ad laudem dei qui eum ad il
ludendum formauit mirari poterimus magni
tudinem illusionis. quia dum aduersari cupit
famulatur proposito dei. dum deuorare se putat
talem beate mulieris filium ualde proficuum
consilio eius prestat obsequium.

Que ergo uel quod sunt precipua nostre salu
tis sacramenta. Sacrum baptisma.
sancta corporis eius et sanguinis eucharistia.
geminum sancti spiritus datum uidelicet alte
rum in remissionem peccatorum alterum in diu
sarum siue multiplicium diuisiones gratiarum.
Hec tria sacramenta salutis nostre necessaria sunt
instrumenta. Adhuc hec non nisi per mortem et resur
rectionem eius consecranda erant uel condita
sunt. Primo de baptismi sacramento credimus et
scimus qua de morte eius manauit cum puta
retur esse deuoratus id cum iam esset mortuus.
Ad ihesum enim inquit euangelista cum uenissent.
uiderunt eum iam mortuum. non fregerunt
eius crura. sed unus militum lancea eius latus aperuit.
et continuo exiuit sanguis et aqua. San
guine illo redempti aqua illa sumus abluti.
tam uidelicet quam gentes. et primo uidi de iudeis.
immo primo mortui qui apud inferos expec
tabant beatam spem primi huius salutis fruc
tum perceperunt. et qui uelut chathecumi
ni non dum celesti communicauerunt alta
ri idem uisioni diuinitatis. non dum soluto
pariete inimiciciarum. eramus aiunt et nos
aliquando natura filii ire sicut et ceteri et sicut pan
ni menstruati omnes iusticie nostre. tunc illo
flumine abluti et emundati intrauerunt
in sanctuarium dei. intrauerunt in regnum
dei quod totum sanctum est. Et quia tunc prete
ritorum omnium seculorum tota simul ecclesia bapti